

Mythologia, Venise, 1567 - VIII, 15 : De Amphione

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre X

Ce document a pour résumé :

[Mythologia, Venise, 1567 - X \[112\] : De Amphione](#)

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre VIII

[Mythologia, Francfort, 1581 - VIII, 15 : De Amphione](#) est une version augmentée de ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre VIII

[Mythologie, Paris, 1627 - VIII, 16 : D'Amphion](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre VIII

[Mythologie, Lyon, 1612 - VIII, 15 : D'Amphion](#) est une transformation de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la notice Équipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Citer cette page

Conti, Natale, *Mythologia* Venise, 1567 - VIII, 15 : De Amphione, 1567

Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle)

Consulté le 08/08/2025 sur la plate-forme EMAN :

<https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/931>

Présentation du document

Publication Venise, Comin da Trino, 1567

Exemplaire Munich (Allemagne), Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ) , Res/4 Ant. 50

Formatin-4

Langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination 257v°-258v°

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieuses [Amphion](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 30/04/2018 Dernière modification le 25/11/2024

Mythologiae

exceptum, & in cuiuspiam pietatis suissent verinque in prora delphines in Tenebrum fuisse portatum, ut scriptum reliquit Antimenides in primo lib. historiarum. verum ut sententiam tandem antiquorum ex his exprimamus, significare voluerunt per hanc fabulam omnium scelerum Deos esse vtores; quippe cum animalia quoque rationis expertia & vocis, soleant aliquando Diis ita volentibus esse scelerorum accusatores, & innocentibus hominibus opem ferre; omneque beneficium diis gratum contingere, quod in viru bonum confertur. at de Arione satis, nunc de Amphione dicamus.

10

De Amphione.

Cap. XV.

AMPHIONEM etiam citharædum non solum musicæ artis peritia, sed etiâ fortunæ inconstans, & calamitatum cumulus illustravit. fabulantur hunc & Zethum eius fratrem fuisse Iouis & Antiopes filios: nam Antiope filia Nyctei & Androthoës à Ioue in satyrum cœuerto compressa fuit, atque grauida facta Nyctei patris minis territa in Sicyonem ad Epopeum profugit, ubi cum Zethum & Amphionem peperisset, illos dedit in Citharonem cuidam bubulco alendos. Nycteus grauiter serens filiz fugam, cum hortatus fuisset Lycum fratrem negotium ne negligenter, moritur. at Lycus cum delecta manu militum repentio aduentu Epopeum trucidauit vbe potitus, capiuamque duxit Antiopen, quam Dirce uxori in custodias dedit. nec multo post collecta pastorum manu cum cognouissent ex alumno qui essent Zethus & Amphion ipsum patrum & Dirceen ceperunt & ipsi repentio aduentu, Dirceque crudeliter laniata moniti sunt à Mercurio ut Ly-
cum imperare permitterent; ut scriptum fuit a Nicocrate in rebus Cypriis. sic autem de illa Antiope quod odio esset patri meminit Apollon. lib. 4.

Et a deo. A'ntiope laudata p'su'ro m'ritu'

Oderat Antiopen sic lapsò tempore Nyctens.

Alii crediderunt Antiopen Amphionis matrem filiam fuisse Asopi, ut scripsit Apollon. lib. 1.

E'is' le'as' a'ntiope' de'us'w' i'li' d'as'
A'ntiope' e'li' f'li' . d'as'p'ut'us' i'li' d'is'
a'ntiope' a'ntiope' .

Zetus & Amphion aderant duo pignora clara
Asopi Antiopes; nondum turrata manebant
Moenia Thebarum.

Diophanes libro primo Ponticarum historiarum ubi scripsit de Antiope ma-
tre Aetæ, Amphionem & Zethum non Iouis, sed Theobootis filios fuisse
inquit, quod etiam testatur Zez. hist. 13. chil. primæ. Epimenides Corcy-
rus Amphionem scriptis tractandis lyra fidibus Mercurio vsum fuisse ma-
gistro, atque adeo admirabilem fuisse illius cantum, ut fessa & fax a illum se
querentur, nō minus quam Orpheum Calliope filium, ut ait Paul. in Eao-
tis. nam hunc etiam lyram à Musis primum accepisse scriptum reliquit
Antimenides lib. primo historiarum, & Pherecydes lib. 10. At vero Diosco-
rides Sicyonius ab Apolline lyram illi datam fuisse memorat. Hanc autem
celebritatem nominis in musicis consecutus est Amphion quod ob affinita-
tem cum Tantalo modulos edocetus fuit à Lydis, primusque tres chordas ad-
didit tetrachordo à superioribus musicis inuenito, ut ait in lib. 1. de Musica
Aristocles

Aristocles. nam ferunt hunc neten chordam ante portam postea Thebanum ipsum inuenisse, unde porta nomine sortita fuit. dicuntur Zethus & Amphion antequam Thebas condiderentur, exiguum Thespium pagum Eutrelium vocatum habuisse, ut tellatur Strab. lib. 9. Enimvero cum Amphion & Zethus suspectas haberent vires Phlegyanum hostium per id tempora, ut ait Pherecydes, Thebas muris ac turribus munierunt, ut essent fortiores ab hostium incursionibus. non enim audebant sine muris ac turribus habitare, ut ait Hom. in Odyss. lib. 1.

Post hanc Antiope Asopi mihi filia visa est.

In louta amplexum quæ iactat se ille, gemelos
Et zethum peperisse, simulque Amphiona claram.
Qui portis septim geminis, & turribus alii
Cinxerunt Thebas. nec enim sine turribus ausi

Incolere, inuictis quamvis hi viribus essem.

Fabulati sunt igitur saxa sua sponte assiluisse, murumque extrectum fuisse
dum Amphion lyram suavititer pulsaret, ut ait Horat. in arte poetica;
Dicitur & Amphion Thebanus conditor urbis
Saxa mouere sono testudinis, & prece bianda

Ducere quo veller.

Dicitur hæc ciuitas septem habuisse portas, quæ nominabantur; Electris,
Prætis, Neitis, Crenza, Hypista, Ogygia, Homolois, vocatae sunt Thebae ut
sensit Zer. à patre conditorum, vel, quod magis placet, à Thebe Nymphae si-
lia Promethei, quæ illis fuit affinitate coniunctæ, ut scripsit Paus. in Boeotia-
eis. inquit Thebas, post multas infelices dimications, quæ illi ciuitati cōtigerunt, ab Alexandro Macedoniz Rege eversa fuisse quo tempore The-
bani bellum aduersus ipsum Alexandrum in Persas arma parantem suscep-
runt: quæ ciuitas quoniam per cantum extrecta non poterat nisi per can-
tum everti, diruta est Imenia quodam stebleis numeros cum tibia accinēta,
ut scriptum fuit à Callisthen. verūtamen idem Alexander, qui iusserat The-
bas solo æquari, ad gratiam eiusdem athletæ, qui ter victor ab illo corona-
tus fuerat, restaurauit, quod ita significauerat oraculum;

Alcides, Pollux, nymphæq; Atlantide cretus.

Mox restaurabunt eversi menia Thebis.

Aiunt primum omnium mortalium Amphionem aram diecasle Mercurio,
quod ab eo lyram accepisset. At quoniam felicitatem æquo animo perfec-
re non minus difficile est, quam aduersos fortunæ eventus, idcirco effectum
est ut nimium gloriaretur Amphion ob artis præstantiam, & in Latonam,
eiusque filios contumelias coniecerit: quod Deas nulla re hominibus præ-
flaret, atque eius filii rudes habendi sunt & imperiti si secum conferantur,
cum ipse multo sit peritior Apolline. Dicunt his contumelias iratas deas

Ttt a pessima-

pestilentiam in domum Amphionis excitasse, qua ipse cum tota familia de-
letus est. Et Zethos cum mater ipsa genitum ex se filium ob certam noxam
peremissee, exitudine suimi contabuit. Hec fabulole de Amphione me-
morantur. Dictus est Amphion Louis & Antiope filius, quoniam musica
exercitatione conficitur plerunque, atque omnes viri præstantes Louis filii
ab antiquis dicti sunt, ut explicauimus superius. Huic & Orpheum fuisse
Aegyptini, & magorum scientia excelloisse ait Paul. in poëter. Eliacis. auct.
hunc musicæ fuisse peritum, & faxa ac feras, quod veller, ducere solitum quo-
niam per orationis suavitatem duros & agrestes homines mansueterrit, &
ad extruendas ciuitates, ciuitatumque legibus obtemperandum delinquit.
At idem qui exterros ad humanitatem, mansuetudinemque reuocauerat, cu
ob felices rerum successus nimium factus fuisset insolens. Deoq[ue] vel ip-
so, paruifaceret, ultimo supplicio affectus est, cum nemo impune Dcūm,
aut Dei cultum paruifaciat, nēdum contemnerat, ac nunc de Halcyonibus di-
carur.

de Halcyonibus.

Cap. XVI.

20 **F**uit Halcyon Canobes & Mæoli filia, sicuti testatus fuit Alexander Myr-
dius, fuitq[ue] vxor Ceycis. Ac Ceyx fuit Rex Trachiniorū, qui cum nobil-
itate, opibus, & forma corporis excelleret, se vel Diis immortalibus
et square aequaliter, & Deorum nominibus appellauit. nam Ceyx seipsum Io-
uem, Halcyonem appellauit Iunonem. illam arrogantiam Jupiter grauiter
ferens, Ceyci Delphos nauiganti adeo suam tempestatē immilit, vt Ceyx,
& omnes qui cum Ceyce nauigabant, naufragium passi perierint: sicuti te-
flatur Polyzelus in iis quæ scriptit de Rhodo. fabulantur pollea eius cada-
uer agitatum ab undis ad litus, & ad eam speculam appulsum fuisse, ad quā
sepe veniebat Halcyone prospectura an Ceyx accederet: quo viso illa mis-
tabiliter conquaedita est Louis misericordia in suam sui dominis mutata
cum se ē specula in mare præcepitasset; tunc etiam Ceyx conuersus est in
cerylum: sic enim mares inter illas voluctes nominantur, vt ait Caſtyllus
Antigonus. Hoc tamen nonnulli dixerunt factum fuisse luciferi & Thetidis
misericordia, at non Louis. Haec aues dicuntur esse magnitudine palloris, vt
ait Plinius, colore cyaneo, collo gracili ac procero; maresque à terminis
ubi illi consenserint, gelari super alis. enimvero ubi fuisse Halcyon in
suam conuersa, eiusque ova quæ continuo pepererat in mari voluerentur,
quia maxima orta fuisset tempesta, Jupiter misericordus dies quatuordecim
per medium hyemem illi concessit, quibus & patere per tranquillitatem ma-
ris & excludere posset, quos dies Halcyonios vel Halcyonidas, vt aiunt Gre-
ci, vocarunt. de his ita scriptit Theocritus in Cerealia celebrantibus;

χάρισσα τε πολύτελη κύρτα, την τε δέκατα,
τότεντες, τοτεντες, τοτεντες φοιβάδει:
Αλανίνη, γλαυκή τρυπή, τρυπή γλαυκή
Οψιλούρησσο, θεος τίμη τε λέγεται.
Halcyones sternunt spumantes marmoris undas,
Atque Eurus, atq[ue] Notum, qui extremas suscitat algas.
Halcyones, supra voluctes Neteides almæ
Quas dilexerunt, quibus illi ex aquore preda.
Dicitur furentur Halcyones quod in mari patiant, cum am suum sit mare, ac non pa-
tire.